2512

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Przemyslien Gnosus Ioannes de Humnisko Humniczkisanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Iurisdictionibus Iuribusque Suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesentiVero Castren Capitan Przemyslien Iurisdictioni quo ad Actum hunc

3418 attinet Secum Successoribus, Bonisque Suis praeteritis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice, ac per expressum recognovit, Quia ipse a protestatione certa se Recognoscentem Coram Actis Castren Capitan Sanocen Feria Sexta pridie Festi Sancti Michaelis Archangeli Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo octavo, contra divisionem bonorum villarum Leszczowa Superioris et inferioris atque Por...koma. post mortem et de hac Luce decessum Gnosi olim Ioannis de supradicta Humnisko Humniczki Subdapifer Sanocen sui Recognoscentis Parentis hereditariorum inter se Recognoscentem atque Gnosos Hyacinthum Subdapiferum Sanocen et Adamum atque Iosephum de praefata Humnisko Humniczkie fratres inter se germanos confectae et Actis officij praesentis roboratae recedit et perpetuo derogat atque eandem Protestationem factam in omnibus illius Conditionibus in toto et per omnia Cassat mortificat et annihilat praesentibus, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Strus Pocillator Vielun & Winnicki Roborant

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Ca

3419 strensibus Capitanensibus Przemyslien Gnosi Michael Paulus a Stra Systrus Pocillator Vielunen ab Una, et Stephanus Winnicki parte ab altera. Sani mentibus et Corporibus existentes a terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque Suis quibusvis proprijs, et Competentibus recedendo, praesenti Vero Castren Capitan Przemyslien Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet Secum Successoribus Bonisque Suis praeteritis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere,

publice, ac per expressum recognoverunt. et quilibet illorum Seor-
sim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi Sibi mutuo et invicem
Una pars alteri ac Posteris utriusq Partis Seac suos Successores
in et Super bonis suis quibusvis, Summisq pecuniarum quibusvis
habitis et habendis inscribunt et obligant praesens Compromissum
Certum inter Se Recognoscentes ratione certarum rerum et
Conditionum in eodem Compromisso Contentarum de actu et data
illius die Premysliae die [illegible] in Actu Contenta Confectum
et Conscriptum manibus Sui Recognoscentium et certorum ami-
corum ibidem contentorum proprijs ab utrisq Subscriptum, in omnibus
et Singulis eiusdem Compromissi Conditionibus, punctis, clau-
sulis, articulis, Vadijs, ligamentis, ac nexibus quibusvis Universis
firmiter tenere, complere, exequi ac inviolabiliter obser-
vare omnibusq et Singulis eius Contentis tam in parte quam
in toto toties quoties opus fuerit Satisfacere Compromissumq ipsum
tam ad Inscriptionem praesentem roboratoriam, et Inscriptionem
praesentem Roboratoriam ad praedictum Compromissum vicissim
in toto referendo, Idq sub damnis Terrestribus Simpliciter absq
Corporali Iuramento taxandis et educendis per partem parti con-
travenientibus Utriusq Partis ob non completionem Contentorum Com-
promissi praefati omnium et Singulorum tam in parte quam in toto to-
ties quoties opus fuerit ad Soluendum Succumbentis. Ex quibus
quidem damnis Terrestribus Simpliciter taxatis modo praemisso
ad Soluendum Succubitis, ac pro re aliqua principali et Con-
tentis Compromissi praefati non Completa Complenda, Citata
[illegible] Pars Una praemissa non tenens, Sive eius Posteri
ad Instantiam Partis alterius praemissa tenentis, et Complen-
tis Vel illius Successorum ad Iudicium Vel Officium quodvis Regni
ad quod prius ex ipsis Citabitur. extunc tunc Seu Supra quo quae
ad respondendum Spectat mediante semel in primo Citationis ter-
mino tanquam peremptorio, Stare, Iuri parere respondere, damna
Terrestria praefata Luere Inscriptioni huic Satisfacere ac omne Iudicatum

pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia in scribit et obligat praesentibus illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad mandamenta, ad evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra primos iudicij vel officij cuiusvis Rni terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia paratis simplicibus vel triplicatis quaestionibus, suspensionibus et alijs iuris processore terrestri bellici conventionis ac alijs omnibus iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Ustrzycki Bieykowskiego & alios Quietat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneali Premysliensi Gnosus Ioannes de Vaichow Ustrzycki sanus mente et corpore existens a terris districtibus, iuribus iurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti
3401 vero castrensi capitaneali Premysliensi iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus bonisq suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publiceq ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosum Ioannem Bieykowski bonorum Villa Uloczany arendatorium praesentem nec non Ntes Alexandrum Osaslawski et Stanislaum Kiszczynski famulos eiusd Gnosi Bieykowski tum laboriosos Wasko Pika Vatamanum bonorum Villa Ulozzow, Iwan onofrik, Wasko Lopo vicez Olisko Szwiec, Prokop Zarubczyn, Iurko Stachtyn, Laben Rost Senko Les Diakon eiusd Labri Iurko Stachtyn filios sub ditos de praefata Villa Uloczany de causa et actione et quidq